



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Discedit in Italiam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

est Principibus causa, quæ com meatum bene-
 lum mereretur. Duos tamen Ferdinandus Re-
 numero menses ad reuertendum præscripsit. Il-
 cum ex Austria Nicolaum Lanoium, Vsmar-
 Goisonium ex Boëmia, qui Collegiorum Recto-
 res, & Vota quatuor professi erant: Ioannem C-
 uillonium ex Bauaria, qui nullo in magistratu
 sed solùm erat Professorum è numero, Passauium
 Ratisbonæ vicinam urbem euocasset (plures
 nim acciri, nec tempora, nec res, quæ erant in m-
 nibus, sinebant) cum iis consultationem habu-
 decretumq; est, vt ipse duntaxat Canisius, & L-
 noius iter in urbem susciperent. Ille potest num-
 rari Germaniæ Prouinciæ primus conuentus ha-
 bitus extra Societatis domicilia, atq; ex æquo, bo-
 noque magis, quam ex certa formula institutu-
 iam Patauium in Italiam lecti Patres peruenerant
 pridie Kal. Nouembris, cum cognoscunt in ann-
 proximi ver dilata comitia, retroq; confestim vi-
 de venerant, reuertuntur, maximè læto Canisio
 ob exercitam obedientiam, quæ scilicet arduam
 peregrinationem, quamuis exitu cassam, neuti-
 quam sinebat mercede frustrari. Hæc enim obe-
 dientiæ vis est, vt carere successu possit, fructu
 non

*Discedit in
 Italiam.*

non possit: cum, vbi cetera destituunt, ipsa sibi sit pretio.

Maturandi reditus causa fuit Ratisbonensis conuētus; vbi, si de religione ageretur, quod quidem mouendum in præsens nullo modo censebat Canisius: verum, si prohiberi nõ posset, apud se decretum habebat impiorum conatibus, quo stragem minorem ederent, & operam, & vitam suam opponere. Quippe & bellum quod inter Pontificem, & Regem Philippum in Italia gerebatur, præcipitantem iam in Germania religionem haud leuiter impellebat. In reditu transiens OEniponto surgentem vidit præclari ædificij molem, quod Ferdinandus Rex Societatis Collegio destinabat. Inde progressus Dilingam ad Cardinalem Augustanum, exceptusque fraternis planè animis, quosdam antiquos libros Ratisbonensi conuentui admodum accommodatos, calcho-graphis typis euulgauit. Sub ea Ingolstadianos reuisit socios, & aliquandiu aduersa valetudine conflictatus est. Quæ vbi primum permisit, Ratisbonam recurrit: modesteq; Cardinalis Othonis, qui præiuerat, recusato hospitio, religiosæ simplicitatis studio, & maioris otij causa ad res anima-

*Reuertitur
in Germa-
niam.*

*Ratisbonam
repetit.*